



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

1. Vtrum anima Christi comprehenderit verbum, siue diuinam essentiam.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)



Super quibus dicitur articulum primum.

QVAESTIO X.

De scientia beata anime Christi, in quatuor articulos diuisa.

Titulus clarus ex dictis in prima parte questionis duodecime ubi de Dei comprehensione tractatum est. Comprehendere namque est cognoscere rem, quantum cognoscibilis est, ita quod non possit plus cognosci, quam cognoscitur.

In corpore est vnica conclusio responsiva quaesito negativo. Anima Christi non comprehendit diuinam essentiam. Probatur, Impossibile est, quod aliqua creatura comprehendat diuinam essentiam, ergo impossibile est anima Christi comprehendere diuinam essentiam.

Circa hoc ergo quaeruntur quatuor. Primum, Vtrum anima Christi comprehenderit Verbum siue diuinam essentiam.

Secundo, Vtrum in Verbo cognouerit omnia.

Tertio, Vtrum anima Christi in Verbo cognouerit infinita.

Quarto, Vtrum videat Verbum siue diuinam essentiam clarius qualibet alia creatura.

DEINDE considerandum est de qualibet predictarum scientiarum: sed quia de scientia diuina dictum est in prima parte, restat nunc dicendum de alijs tribus: primo de scientia beata: secundo de scientia indita: tertio, de scientia acquisita.

Sed quia etiam de scientia beata, qua in Dei uisione consistit, plura dicta sunt in prima parte, hic illa sola videtur dicenda, qua proprie pertinent ad animam Christi.

Circa hoc ergo quaeruntur quatuor.

Primum, Vtrum anima Christi comprehenderit Verbum siue diuinam essentiam.

Secundo, Vtrum in Verbo cognouerit omnia.

Tertio, Vtrum anima Christi in Verbo cognouerit infinita.

Quarto, Vtrum videat Verbum siue diuinam essentiam clarius qualibet alia creatura.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum anima Christi comprehenderit uerbum siue diuinam naturam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod anima Christi comprehenderit & comprehendat, Verbum siue diuinam essentiam. Dicit enim Isid. quod Trinitas sibi soli nota est, & homini assumpto. Igitur homo assumptus communicat cum sancta Trinitate in illa notitia sui, qua est sancte Trinitati propria: huiusmodi autem est notitia comprehensionis: ergo anima Christi comprehendit diuinam essentiam.

2. Præter. Magis est vniri Deo secundum esse personale, quam secundum uisionem; sed sicut Damascen. dicit in 3. lib. tota diuinitas in una personarum est vnita humanae naturae in Christo. Multo ergo magis tota natura diuina uideatur ab anima Christi, & ita uideatur, quod anima Christi comprehendat diuinam essentiam.

3. Præter. Illud, quod conuenit filio Dei per naturam, conuenit filio hominis per gratiam, ut Aug. dicit, in 1. de Trini. sed comprehendere diuinam essentiam, competit filio Dei per naturam: ergo filio hominis competit per gratiam, & ita uideatur quod anima Christi per gratiam

atiam Verbum comprehendat.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. 83. quod se comprehendit, finitum est sibi: sed essentia diuina non est finita in comparatione ad animam Christi, cum in infinitum eam excedat, ergo anima Christi non comprehendit uerbum.

RESPOND. Dicendum, quod sicut ex supra dictis patet, sic facta est unio naturarum in persona Christi, quod tamen proprietates utriusque naturae in consilia permanferit, ita scilicet quod increatum manserit increatum, & creatum manserit infra limites creaturae, sicut Dam. dicit in 3. li. Est autem impossibile, quod aliqua creatura comprehendat diuinam essentiam (sicut in prima parte ostensum fuit) eo quod infinitum non comprehendit a finito. Et ideo dicendum, quod anima Christi nullo modo comprehendit diuinam essentiam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod homo assumptus conformatur diuinæ Trinitati in sui cognitione, non ratione comprehensionis, sed ratione cuiusdam excellentissimae cognitionis praeter ceteras creaturas.

AD SECUNDVM dicendum, quod nec est in unione, quae est secundum esse personale, natura humana comprehendit Dei uerbum, siue naturam diuinam, quae quis tota unita fuerit humanae naturae in una persona filii, non tamen fuit tota uirtus diuinitatis ab humana natura quasi circumscripta. Vnde Aug. dicit in epistola ad uolusianum, Scire te uolo, non hoc Christianam habere doctrinam, quae ita Deus in seipso sit carni, ut carni gubernandae uniuersitatis uel deseruerit, uel ad illud corpusculum quasi contractam, collectamque transfulerit, & similiter animam Christi totam Dei essentiam uidet, non tamen eam comprehendit, quia non totaliter eam uidet, in non ita perfecte sicut uisibilis est, ut in 1. parte expositum est.

AD TERTIUM dicendum, quod uerbum illud Aug. est intelligendum de gratia unionis, secundum quam omnia, quae dicuntur de filio Dei in diuina naturam, dicuntur de filio hominis, per identitatem suppositi. & secundum hoc uere potest dici quod filius hominis est comprehensor diuinæ essentiae, non quidem secundum animam, sed secundum diuinam naturam, per quem et modum potest dici, quod filius hominis est creator.

ARTICVLVS II.

Vtrum anima Christi in uerbo cognouerit omnia.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod anima Christi in uerbo non cognoscat omnia

qua directe erat dicendum) siue in operando, quae sub deitatis uirtute comprehenditur, non esse comprehensam ab humanitate Christi. Unde, nulla digressio commissa est, sed a notioribus doctrina tradita est.

Super quibus dicitur articulum secundum.

Titulus solum dicitur ut loquatur in corpore namque articuli distinguitur.

In corpore sunt tres conclusiones, iuxta tria membra distinctionis, qua distinguitur quomodo potest distribui, omnia. In littera igitur sic talis distinctio bimembris, Ly. omnia potest sumi, uel proprie, & sic distribuitur omnibus, quae quandoque actu secundum aliquod tempus sunt uel large, & sic distribuit etiam pro his quae sunt in potentia numquam reducta ad actum. Et hoc subdistinguitur in duo membra, quae uel in potentia diuina sola, uel non in sola potentia diuina, sed etiam in potentia creaturae. Ex quibus patet quod ex uniuersa distinctione & subdistinctione tria tantum membra constituantur, & sic iuxta membra horum, numerum tribus conclusionibus respondetur quaesito. Prima est, Anima Christi nouit in Verbo omnia proprie, hoc est quae quandoque in actu sunt, erunt, aut fuerunt. Probatur primo absolute (licet inter intellectus beatos sit differentia) Nullus intellectus beatorum deest cognoscere in Verbo omnia quae ad ipsum spectant: sed ad Christum & eius dignitatem spectant omnia, ergo anima Christi cognoscat in Verbo omnia. Probatur minor, tum quia omnia Christo subiecta sunt, tum, quia est omnium iudex constitutus a Deo. Probatur secundo, quod ad cogitationes

Li. 83. q. 14. in printo. 4.

Q. 2. art. 1. & q. 6. ar. 6.

li. 3. c. 3. & 4.

D. 366. p. p. q. 12. ar. 7.

connumerat.

Est epi. 3. n. 6 multum re mota 1. tom. 3.

p. p. q. 12. ar. 7.

3. d. 14. q. 11. q. 2. & 2. q. 1. & 2. ar. 4. & q. 20. ar. 4. & 5. & q. 1. q. 2. ar. 1. c. 3. op. 3. ca. 22. & op. 9. q. 8. 1.

3. d. 14. q. 11. q. 2. & 2. q. 1. & 2. ar. 4. & q. 20. ar. 4. & 5. & q. 1. q. 2. ar. 1. c. 3. op. 3. ca. 22. & op. 9. q. 8. 1.

Lib. 3. orth. ad. 26.

Li. 1. cap. 13. tom. 3.